



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Praxis Prima.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

PAt. Gaspar Aicha S. J. Bohemus Brunæ 13^o Julii Anno 1659. cum fama sanctitatis mortuus in manu habere inventus est piam, quam cum imagine S. Xaverii per triennium ad pectus affixam gestarat, testamenti formulam cujus contentum hoc erat. 1^{mo}. Gratiar agit linguis omnium creaturarum, quæ sunt in mente Dei pro omnibus beneficiis, quæ ipsi & creaturis omnibus concessit, concedit, & concessurus est benignissimus Deus, & in particulari pro donis, quibus Societatem JESU, cui mancipatus est, cumulavit, cumulaturus est, eosque qui in ea sunt, fuerunt & erunt.

2^{do}. Offerit & unit corpus suum corpori Christi, animam animæ, cor cordi ad amandum Deum super omnia. 3^{to}. Instaurat actus fidei, spei, caritatis. 4^{to}. Committit se in manus & fidem Deiparæ, Angeli Custodis, & SS. Patronorum suorum. Atque ita munitus vult semper ad mortem paratus inveniri.

Praxis 2da, de qua in titulo hujus S. memini.

ALius è Societate hoc paulò fusiùs testamentum sibi confecerat, quod singulis mensibus renovabat, eratque trifariam divisum. *Prima Pars* dispositionem regularum cum venia superiorum residualium. *2da* bonorum corporis & animæ. *3tia* Tredecim Protestationes pias continebat.